



 EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
**VII**-  
SIGNAT. 1819CCXIII

**PIAE LACRYMAE,**

QVIBVS

**ACERBVM FVNVS,**

**VIRI**

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI  
EXCELLENTISSIMI QE,

**DOMINI**

**IOH. GEORGI  
NEVMANNI,**

S. S. THOLOG. DOCT. EIVSDEMQVE  
PROF. PVBL. LONGE CELEBERRIMI, SVAE FAC.  
DECANI SPECTABILIS, CONSISTORII RE-  
GIO-ELECTORALIS SAXON. ASSESSORIS  
GRAVISSIMI, TEMPLI O. SS. PRAEPOSITI MERITISSIMI,  
ET ACAAD. WITT. BIBLIOTHECARI DIGNISSIMI,  
HOSPITIS, PATRONI, PRAECEPTORIS,  
PARENTIS INSTAR HACTNVS PIE CVLTI, IAM LONGE  
DESIDEATISSIMI,

**IPSO DIE EXEQVIARVM**

XV. SEPT. A.O.R. & 10 CCIX.

LARGISSIME CONSPERGIT

**M. HENRICVS Gottlieb Schneider/**

V. D. M. W.

---

VITTEMBERGAE, LITERIS KREVGIANIS.



Vr ego non paterer rigidos decur-  
 rere nimbos,  
 Et totum fieri sinciput oceanum?  
 Aut saltem in geminos tabescere lumi-  
 na riuos,  
 Perpetuoque meas amne natare genas?  
 Cum laniata comas, moestissima Leucoris, urna  
**NEVMANNI**, incumbat, roreque spargat  
 humum.  
 Scilicet infelix pertristes Praefica lessus  
 Exululat, quaestu concutit ora sua.  
 Insequitur moestus, pullato Syrmate tectus  
 Sanctorum coetus, pectore multa gemens.  
 Et sicut constricta prius, compagibus arctis,  
 Vnda fremens, praeceps, qua data porta, ruit.  
 Sic tandem uitius, lacrumarum murmure magno,  
 Haetenus oppressos, trudit ab ore sonos.  
 Heu mihi! nulla datur multorum meta laborum  
 Perpetuoque quatit saeva procella ratem?  
 Nomina Tantorum mihi quot deleta Virorum?  
 — Vos puto Carpzouios, Zentgraffiosque meos.  
 Nunc

Nunc quoque NEVMANNVS rapitur? Vox fau-  
cibus haesit,

Et medium absorpsit continuus singultus.

Quam diuisa manent doctrinae munera? pergit,

Hic loquitur linguis, pandit is ora Dei.

Hic valet ingenio, et zelo confutat acuto-

Dogmata, quae stygius fauce patente uomit.

Ils, multis tenebris squallens, introspicit, aeuum,

Hic fecit melliflua pascere uoce gregem.

Hi scriptis, isti ore uigent; ast omnia junctim

NEVMANNVS, mirum! promere mente nouit.

HIC fuit ille MEVS MEVS o Ecclesia phoebus

Coeli depositum, delitiumque meum.

Cujus ad exemplum veri fiducia creuit

Fortiter, et purae religionis amor.

Quo firmata fides mediis caput extulit undis.

Qui septemplicitem uertice, uicit hydram.

Nam uelut Aeneas quondam dat uela carinae,

Vortice submotus, cum Palinurus abeit,

Sic timidam ipse ratem nocturnis uexit in undis,

Sirenum scopulos gnauiter arte uitans.

Difficiles hodie multorumque ossibus albos,

Quos ibi naufragium saepe habuisse uides.

Te testor, minimum felix, qui primus, in oras

Nostras, uexisti, sub pietate luem.

Et qvotqvot jamnum saltem spes lubrica fallit

Omnia nobilius de referente die.

Qui uanis nimium luctant in imagine somnis,

Oreque cecropio, dogmata pura, rigant.

Vos

Vos, hanc NEVMANNI dextram fensistis, et armis  
Turpiter eruptis, nobilitatis opus.  
Non aliter quam qui, memoranda clade peremti,  
Ipsi, Victori, digna trophya parant.  
Ast nunc effertur caput hoc, magnumque cadaver,  
Et charum corpus contumulatur humo.  
Dixit et obticuit ! curis defessa recumbens  
In Christum Alcidem, spe meliore grauis.  
Illacrumor ! clamans totum me funere condi  
Mi NEVMANNE tuo. TV mihi uera quies,  
TV blandum solamen eras, cum jactus acerbis  
Casibus, hererer, necius auxili*i*.  
TV cor, et ingenium formasti, cunctaque demum  
Ad Te, ceu fontem, sunt reuehenda mihi.  
Haec num SANCTE PARENTS penitus jam gau-  
dia fracta  
Haec TECVM jaceant? Ite per os lacrymae!  
Sic est in media, mihi sol submergitur undis,  
Luce, manetque nihil, nox nisi cum tenebris.



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON  
M 18



**PIAE LACRYMAE,**  
 QVIBVS  
**ACERBVM FVNVS,**  
 VIRI  
 SVMME REVERENDI, MAGNIFICI  
 EXCELLENTISSIMI QE,  
**DOMINI**  
**IOH. GEORGI**  
**NEVMANNI,**

S. S. THOLOG. DOCT. EIVSDEMQVE  
 PROF. PVBL. LONGE CELEBERRIMI, SVAE FAC.  
 t. DECANI SPECTABILIS, CONSISTORII RE-  
 GIO-ELECTORALIS SAXON. ASSESSORIS  
 GRAVISSIMI, TEMPLI O. SS. PRAEPOSITI MERITISSIMI,  
 ET ACAD. WITT. BIBLIOTHECARI DIGNISSIMI,  
 HOSPITIS, PATRONI, PRAECEPTORIS,  
 PARENTIS INSTAR HACTNVS PIE CVLTI, IAM LONGE  
 DESIDEATISSIMI,

**IPSO DIE EXEQVIARVM**

XV. SEPT. A.O.R. & 10 CCIX.

LARGISSIME CONSPERGIT

**M. HENRICVS Gottlieb Schneider/**

